

1607 Juni 8., Malta; "in Conventu nostro"

A

BULLE¹ DES GROSSMEISTERS [DES MALTESERORDENS], ALOF DE WIGNACOURT, BEZÜGLICH DER FORDERUNGEN DER MALTESERRITTERSCHAFT DEUTSCHER ZUNGE BZW. EINZELNER ORDENSRIITTER GEGENÜBER [DEM KOMTUR VON] LEUGGERN, [JOHANN LUDWIG VON ROLL]²

Gehört zu AH 137/57

"Frater Alofius De Wignacourt ... Dei gr[at]ia sacrae domus Hosp[ita]lis Sancti Joannis Hieroso:ni Magister humilis paup[er]umque **Jesu** Chr[ist]i Custos. Religioso in Chr[ist]o nobis charissimo fratri Alberto [=Albrecht] de Muchental [=Muggenthal]³ nostrae d[ic]tae domus ...[?]⁴ linguae Alemaniae militi sal[ute]m in D[omi]no sempiternam. Virtutum tuarum merita, multiplicesque animi tui dotes, nec non laudabilia obseq[ui]a, per te nobis religionique n[ost]rae praestita, & quae in dies sedulo praestare non desinis, promerentur & nos inducunt, ut ea tibi liberaliter concedamus, quae tuis Commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum igitur in vim praeeminentiae n[ost]rae Mag[ist]ralis contulerimus, sive permutaverimus Commendam nostram de Ro[h]rdorf dicti Prioratus nostri Alemaniae Religioso in Chr[ist]o nobis charissimo Fr[at]r[is] Joannj Werner de Rathnau [=Reitnau]: Renunciata prius per eum, sive p[er] suos Procuratores in manib[us] n[ost]ris pensione annua scutorum ducentorum, quam habebat sup[er] Fructib[us] Et redditibus Commendae nostrae de Luckerna [=Leuggern] (de n[ost]ra certa scientiae et speciali gr[at]ia, tenore p[rae]sentium)⁵ vigore bullarum à nostra Cancellaria expediturum, ad quas habeatur relatio, ut de illa pro nostra voluntate disponere possimus. Hinc est quod praemissorum tuorum meritorum intuitu & contemplatione suasi, pensionem p[rae]dictam scutorum ducatorum (.ut praefertur.) supra fructib[us] & redditib[us]. dictae Commendae de Leuckerna de n[ost]ra scientia certa, & speciali gr[at]ia, tenore p[rae]sentium tibi conferimus, & pro ut eam dictus Fr: Joannes Werner de Rathnau hactenus habebat & tenebat, sive habuit & tenuit, vita tua durante concedimus, Et assignamus. Teque Pensionarium perpetuum dictae Commendae de Luckerna in dicta summa facimus, creamus & e[ss]e volumus. Praecipientes moderno d[ic]tae Com:ae de Luckerna Commd:rio [Johann Ludwig von Roll] & suis in eadem successorib[us] in virtute s[an]ctae obedientiae, ac sub poena contra eos inflictaj Jura nostri co[n]ventual[is] aerarij contumaciter solvere recusant, ut singulis annis in Capitulo provinciali, Prioratus eiusdem, vel in Festo Nativitatis & S[anc]ti Joannis Baptistae [=24. Ju-

ni] patronj nostri dictam pensionem scutorum ducentorum o[mn]i dilatione, mora & excusatione cessante, tibi, vel q[ui]bus legitimè commiseris, de plano, realiter, & effectum exsolvant & numerent. Mandantes insup[er] in vim dictae obedientiae universis Et singulis dictae Domus nostrae Fratribus, quacumque auctoritate, dignitate, officioque fungentib[us] praesentibus & futuris, nè contra praesentes nostras concessionis & assignationis literas aliquatenus Facere, vel venire praesumant, sed eas Audeant inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium Bulla nostra Mag[ist]ralis plumbea praesentibus est appensa. ...".

"Bulla Pensionis ... [der 200 Scudi] pio d[omi]no Fr[at]re Alberto de Muchental."

- 1) Vorliegendes Dokument trägt die Bezeichnung: "N:º 3."
- 2) s. auch Zurlaubiana AH 137/47, 95
- 3) s. ebenda AH 137/102
- 4)

- 5) Der bei der Bearbeitung zwischen runde Klammern gesetzte Text ist hier in AH 137/93 durchgestrichen.
- 6)

Kopie und Dorsualnotiz von der gleichen Hand wie AH 137/47
AH 137, 123